

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In quo tractatur de Ministro Sacramento Pœnitentiæ. Item de Sacramentis
Extrema Unctionis, & Ordinis

Bosco, Jean a

Lovanii, 1672

Concl. IV. Piè & convenienter sacris Ordinibus annexa fuit obligatio
continentiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73429](#)

paret vestigium, quo cœperit hæc obligatio extendi ad Subdiaconos, vel ubi primum pro illis hæc lex lata fuerit.

83.
Objecio ex cap. 1.
dist. 31.

Dices: cap. Ante triennium. 1. dist. 31. hæc leguntur: Ante triennum Subdiaconi omnium Ecclesiæ probiti fuerant, ut more Romana Ecclesia nullatenus suis uxoribus miscerentur. Quod mihi datum atque incompetens videatur, ut qui uiam eiusdem continentia non inventi, neque castitatem ante promisisti, compellatur à sua uxore separari, atque per hoc (quod absit) deterius cadat. Vnde videtur mihi, ut à presenti die Episcopi omnibus dicatur, ut nullum Subdiaconum facere presumant, nisi qui se viciunt usi- castè promiserit, quatenus præterita mala, que per propositum mentis appetita non sunt, violenter non exigantur, & futura cautele caveantur. Ita Greg. lib. 1. Epist. 42.

Solvitur.

Respondeo: hoc testimonium solum convincere, fuisse aliquando in Sicilia licitum Subdiaconis uti conjugio, idque quia prius Sicilia cum Græca & Orientali Ecclesia computabatur; postea tamen ad Latinam & Occidentalem reducta fuit, utpote in medio & confinio utriusque sita. Unde ex illo testimonio convincitur, tunc temporis in Ecclesia Romana illicitum fuisse Subdiaconis uti conjugio, adeoque ex tunc fuisse annexam obligationem perpetua continentia, ut patet ex ipsis verbis: *Vt more Romana Ecclesia nullatenus suis uxoribus uterentur.*

Iaque qui mordicus sustineret, à principio in Ecclesia Latina, non minus Subdiaconatu, quam Diaconatu, aut Sacerdotio, fuisse annexam obligationem perpetua continentia, non video, quo argumento posset efficaciter redargui; nisi quod non appareat ulla ratio, quare à principio non fuerit appellatus Ordo ficer, sicut modò vocatur, præ liberam voluntatem Ecclesiæ.

Sed dicet aliquis: esto omnibus Ordinibus majoribus fuerit à principio Ecclesiæ annexa perpetua obligatio continentia, qua adhuc hodie perseverat in Ecclesia Latina, putas, quia piè & convenienter fuerit annexa? Quidni pugnam? Et ideo pono sequentem Conclusionem.

CONCLUSIO IV.

Piè & convenienter sacris Ordinibus annexa fuit obligatio continentia.

84.
An Ordini-
bus majori-
bus
convenien-
ter fuerit
annexa con-
tinentia?

Negant
haereticis
tam anti-
qui, quam
recentiores
negantur
ad hanc
thesis.

Sed dicet aliquis: esto omnibus Ordinibus majoribus fuerit à principio Ecclesiæ annexa perpetua obligatio continentia, qua adhuc hodie perseverat in Ecclesia Latina, putas, quia piè & convenienter fuerit annexa? Quidni pugnam? Et ideo pono sequentem Conclusionem.

Hic nobis concertatio cum haereticis tam antiquis, quam recentioribus, qui institutionem continentia clericalis explodunt & improbat, atque non piam & convenientem, sed noxiā & pernicioſam existimant. Hujus erroris (inquit Bellarminus lib. 1. de Clericis cap. 19.) Aliqui Auctorem faciunt Nicolaum,

unum ex septem primis Diaconis: sed quidquid de hoc sit, constat, Vigilantium hunc etrem exp̄lē docuisse, de quo sic B. Hieronymus initio lib. contra Vigilantium: *Propter confortes, si tamen Episcopi nominandi sunt, quoniam ordinant Diaconos, nisi prius uxores duxerint, nulli calbi credentes pudicūsam.*

Hunc errorem receperunt Patres Concilii Trullanici circa annum Domini 700. ut patet canon. 13. ubi profana illa Synodus dicitur nominatum canones Romana Ecclesia, & contrarium statutum, nimis ut Clerici ante Subdiaconatum uxores ducent, & cum eis vivant postea in factis Ordinibus constituti. Tempore hujus Synodi cepit mos Græcorum, qui hoc est. Auctus autem est & confirmatus tempore Leonis 9. quando dissidium Græcorum à Latinis maxime crevit in multis aliis articulis. Unde extat liber Humberti Card. eo tempore scriptus de hac re, contra Nicetam Abbatem, qui hunc errorem Græcorum tunc stemmā defendebat. Huculque prefatus Auctus.

Sed, pace ejus, Patres Concilii Tulliani canon. 13. hunc errorem nullatenus receperunt; sed solum statuerunt, ut ordinati Diaconi vel Presbyteri, licet possent copulati suis uxoriis, secūs Episcopi, ut habetur canon. 11. Prohibuerunt autem, etiam Presbyteris, ac Diaconis, copulari tempore oblationis; nec non post Ordinationem matrimonium contrahere. Prætent hæc omnia ex Conclūsionē præcedenti.

Perpetuam ergo imponitur PP. illius Concilii, quod præcepit nullos ordinari Diaconos, nisi prius uxores duxerint, nulli calbi credentes pudicitiam. Sed hunc errorem Græcum tempore Leonis Papæ 9. receperunt, & consenserunt illum errorem, non autem contra finem canon. 6. Synodi (quod adhuc in vigore est) Græcos Catholicos, consentiente Pontifici, præcepit Humbertus Cardinalis.

Audite doctrinam Nicetae: *Tu inquit Humbertus in sua responsione §. sufficerem quidam tom. 1. Concilij Ecclesiam Dni videntib[us] & n[ost]ri n[ost]ri sagittam, & profibulum Balaam & Iosephum Nicolao dicas: Episcopum, & Presbyterum, & Diaconum dicimus, qui unam habet uxorem, ordinari: quāvis vivant eorum conuges, quāvis defunctor[um]. Nec licet eos polimū impositionem innuptos esse, nec iniquas ad nuptias ire, aut si nuplerint, alteras amplecti, sed sufficere eis, quas habent, cum ad Ordinationem venerunt. O abominabilis Omnes, quomodo non erubuisti tantum nefas eremeret? Regi non licet aliquem post manus impositionem sine vere esse?*

Ecce error Græcorum modernorum, contra quem scribit Humbertus, qui in sua responsione non meminit Concilii Trullanici, quāvis Nicetas ex eo suum errorem conatus fuisse probare; idque quia ex ipsis apertissimum verba

Sect. 5. De Contin. sacris Ordin. annexa. Concl. 4. 681

satis constabat legenti, hunc errorem Concilium istud nupsiam docuisse.

Verum quidem est, Patres Conc. Trossiani ministris laudasse morem Ecclesie Romanae, id est, absentiam ab usu conjugali; & suum morem, id est, usum conjugalem, plus quam oportet laudare, & commendare ex Scripturis; interim nupsiam docuerunt errorem Nicolai, aut Vigilantii, vel Nicetae. Multo minus aliorum Hæreticorum, qui docent, licitum esse, etiam post Ordinationem uxorem ducere.

88. Porro hujus erroris fundamenta quedam jecit Jovianus (contra quem ex profeso scripsit D. Hieron.) qui docuit virginitatem non praestare matrimonio: ex quo consequens videbatur, frusta Sacerdotis velle catere uxori bus. Unde etiam quedam Sanctimoniales, Joviniano auditio, nupsierunt, ut S. August. refert lib. de Hærel. c. 82. Hæc tamen heres mox extincta fuit, nec usque ad deceptionem aliquis Sacerdotis pervenit, ut ibidem ait D. Augustinus.

Eius verba exscribo: Virginitatem sanctimonialium & continentiam sexus virilis in sanctis eligentibus celibem vitam coniugiorum testorum atque fidelium meritis adequabat (Jovianus) ita ut quedam virginis sacra, proiecta iam etatis in Vibe Roma, ubi haec docebat, eo auditio nupsisse dicantur... Cito tamen ista heres oppresa & extincta est, nec usque ad deceptionem aliquorum Sacerdotum potuit pervenire.

89. Et utinam oppressa & extincta mansisset! Sed, proh dolor, revixit, & usque ad deceptionem plurimorum Sacerdotum pervenit. Revixit autem primùm per Wicleffum, qui lib. de Offici. Pastorali cap. 29. (ut testatur Thomas Waldensis tom. 2. de Sacramentis cap. 128.) sic ait: Quomodo versi sunt Clerici ab aliis cali in colubros; & à discipulis Christi in Phariseos colantes culicem, & glutentes camelum! Nam coniugium, secundum legem Christi eis licitum, odiunt ut venenum.

Et lib. 3. de Serm. Domini in monte c. 1. Nec diabolus defraudat solum simplicitatem per hos Fratres, sed per seculas alias infundibiliter introductas: ut Monachi & Canonici cum Clero casare asserunt primò secularia dominia, que haberent domini temporales: & sic ex petulantia spolianda visitant feminas viduatas: cur flante Christi ordinantia forent mariti plurimi coniugati, qui iam sunt ad claustrum infundibuli religiosi traxi, ut Lazaros, & sic corporalem fornicationem immiscerentur ut priores. Sic ergo plena est Ecclesiæ fornicationibus & pravitationibus istarum secularum quatuor Sacerdotum. Et rato omnium istorum malorum stat in isto, quod spectatur Christi ordinantia: & statur ordinantionis subdoli Antichristi. Similia de eodem refert Waldensis tom. 3. de Sacramentalibus c. 66.

90. Wicleffum secuti sunt Lutherus in lib. de abneganda Missa privata, Pomeranus in lib. de coniugio Episcoporum, Magdeburgenses in

Centuriis & nominatis Centuria i. cap. 7. Pomeranus, col. 389. ubi dicunt hanc esse heresim maximè Magdeburgenses, pestiferam omnium, quæ unquam Christianum Beza, Mel regnum perturbarunt. Item Beza & Martyr in Ianchion, & Calvinus, 1. ad Cor. 7. Philippus Melanchthon in Confessione Augustana art. 23. & in Apologia ejusdem Art. Calvinus lib. 4. Instit. cap. 12. §. 23. ubi ait: Cerè quod Sacerdotibus interdictum fuit coniugium, id factum est impiam tyrannide, non modo contra verbum Dei, sed etiam contra omnem æquitatem.

Præterea; Erasmus in Declaratio de laudibus Matrimonii, utile esse judicat, si Sacerdotibus jus conjugii concedatur. Et idem sensisse videtur Panormitanus, Catholicus alioqui & doctus Auctor, in cap. Cum olim, de Clericis matrimoniis. Idemque sensisse videtur, quod Clericos deinceps contrahere matrimonium, sicut Græci? normatis. Respondeat: Credo quod sic, & hoc indubitate est apud me, respectu eorum qui non sunt obligati ex yore tacto vel expreſſo.

Probat autem hæc ratione: Continetia non est in Clericis secularibus de substantia Ordinis; Proba nec de jure divino; quia alij Græci peccarent; nec excusat eos consuetudo, quia illa non valeret contra legem divinam, ut in cap. fin. de Conſuetudine . . . Et non solùm credo potestatem inesse Ecclesia hoc condéndi, sed credo pro bono & salute animarum, quod esset salubre statutum, ut volentes continere, & magis mereri, relinquere voluntati eorum; non valentes autem continere, possint contrahere; quod experientia docente, contrarius prorsus effectus sequitur ex illa lege continentia; cum hodie non vivant spiritualiter, nec sint mundi; sed maculantur illico coitu, cum eorum gravissimo peccato, ubi cum propria uxore esset castitas, ut dicto cap. Nicena. Unde deberet Ecclesia facere, sicut bonus medicus, ut si medicina, experientia docente, potius officit, quam proficit, eam tollat.

Et utinam idem esset in omnibus constitutions positivis, ut saltē obligarent quoad pœnam, & non quoad culpam: nam ita creverunt statuta positiva, ut vix repertiantur aliqui, qui non corrumperent viam suam. Circumstidatos vero potest dici, quod in casu quo teneat ordinatus ex voto expressio, vel tacito, Papa non potest dispensare, nisi ex maxima & urgente causa, quia votum est de jure divino &c. Hactenus Panormitanus.

Parum utique prudenter & cautè, imitatio & minus verè; nam nec Græci post Ordinationem contrahere possunt matrimonium, ut patet ex dictis, cuius contrarium videtur ibi superponere.

Si ergo tam in Ecclesia Græca, quam Latina saluberrime statutum est, ne initiati majoribus Ordinibus contrahant matrimonium, tametsi fortè aliqui eorum gravissime peccent, mactando

Quid do-
cuerint PP.
Concl. Tross.

88.

89.

90.

91.

92.

93.

94.

95.

96.

97.

98.

99.

100.

101.

102.

103.

104.

105.

106.

107.

108.

109.

110.

111.

112.

113.

114.

115.

116.

117.

118.

119.

120.

121.

122.

123.

124.

125.

126.

127.

128.

129.

130.

131.

132.

133.

134.

135.

136.

137.

138.

139.

140.

141.

142.

143.

144.

145.

146.

147.

148.

149.

150.

151.

152.

153.

154.

155.

156.

157.

158.

159.

160.

161.

162.

163.

164.

165.

166.

167.

168.

169.

170.

171.

172.

173.

174.

175.

176.

177.

178.

179.

180.

181.

182.

183.

184.

185.

186.

187.

188.

189.

190.

191.

192.

193.

194.

195.

196.

197.

198.

199.

200.

201.

202.

203.

204.

205.

206.

207.

208.

209.

210.

211.

212.

213.

214.

215.

216.

217.

218.

219.

220.

221.

222.

223.

224.

225.

226.

227.

228.

229.

230.

231.

232.

233.

234.

235.

236.

237.

238.

239.

240.

241.

242.

243.

244.

245.

246.

247.

248.

249.

250.

251.

252.

253.

254.

255.

256.

257.

258.

259.

260.

261.

262.

263.

264.

265.

266.

267.

268.

269.

270.

271.

272.

273.

274.

275.

276.

277.

278.

279.

280.

281.

282.

283.

284.

285.

286.

287.

288.

289.

290.

291.

292.

293.

294.

295.

296.

297.

298.

299.

300.

301.

302.

303.

304.

305.

306.

307.

308.

309.

310.

311.

312.

313.

314.

315.

316.

317.

318.

319.

320.

321.

322.

323.

324.

325.

326.

327.

328.

329.

330.

lando se illico coitu; cur minus salubre erit statutum Ecclesiae Latinae, quo prohibet aliquem conjugatum ordinari, nisi prius promitterat continentiam seu abstinentiam à copula conjugali post Ordinationem, sed aliqui ex illis graviter maculentur illico coitu?

Quod si hoc salubriter possit Ecclesia statuere, cur non etiam absolutè præcipere, ut omnes, qui ordinantur, perpetuam servent continentiam, etiam jam conjugati; dummodo voluntariè & de confessu conjugis id fiat? Quod addo; quia Ecclesia neminem invitum cogit ad assumendum Ordines sacros, per consequens ad servandam continentiam; immo si id fieret, forte non sequetur obligatio, ut infelix suo loco videbimus.

93.
Probat
veritas
Concl.

Igitur ad veritatem Conclusionis nostræ omnibus Catholicis sufficere deberet ipsum factum, quo lex continentia à principio Ecclesiæ, ut vidimus, instituta fuit, & in Ecclesia Latina seu Romana, quæ est Magistra Fidei, & columnæ veritatis, semper viguit.

Nec enim est credibile, quod Spiritus sanctus, cuius providentia regitur, tanto tempore permisit illam legem, nisi esset pia & conveniens; immo magis pia & conveniens, quam libertas contrahendi nuptias, aut contractis prius nuptiis utendi.

94.
Ostenditur
convenien-
tia Legis
Ecclesiastici
ex Divo
Augustino,

Quam utique majorem convenientiam ostendit D. August. (vel quisquis est Author) lib. de qq. novi & veteris Testamenti cap. ult. hisce verbis: Cum Corinthis exigitur ab Hæreticis, qui in hypocrisi nuptias damnandas docebant, confabuerunt Apostolus literis, an licet nubere, aut uxorem remittere. Tunc præcepit Apostolus, non debet uxorem a viro recedere. &c. Sed forte dicatur, si licet & bonum est nubere, cur Sacerdotibus non licet uxores habere, id est, ut ordinatis jam non licet convenire?

Quis nesciat unumquidque suam legem habete? est enim quod omnino generaliter omnibus non licet: est item quod alius licet, & alius non licet: & est quod aliquando licet, aliquando non licet. Antequam enim Ecclesiasticus quis sit, licet ei negotiari: factio jam non licet. Et Christiano cum uxore sua convenire aliquando licet, aliquando vero non licet. Propter dies enim processionis aliquando non licet convenire, quia etiam à licet abstinendum est, ut faciliter impetrari possit, quod postulatur. Vnde Apostolus ex consensu ait (1. Corint. 7.) abstinentiam ad tempus, ut vacet in oratione. Nam secundum legem in jejunio cadit & iurgari non licet, postea licet, quia maior reverentia debetur Dei causis. Nunquid omne quod ante ceteros licet, ante Imperatorem licet? Quanto magis in Dei causis.

Ac per hoc Antistitem eius puriorum ceteris esse oportet, ipsius enim personam habere videtur: est enim Vicarius eius, ut quod ceteri licet, illi non licet: quia necesse habet quotidie Christi vicem agere, aut orare pro populo, aut offere aut tingere. Et non solum huic concubitus non licet, verum etiam ministro eius, quia ipse mundior debet esse, quia sancta sunt, qua-

ministrat. Nam scit ad comparationem lucernæ, ne nebula non tamum obscuræ, sed etiam solidæ sunt; ad comparationem autem stellarum lucernæ caligines, ad solis vero comparationem stellæ nebula sunt, ad Dei autem claritatem sol noster est. Ita & que sicut lucida & mundæ sunt, ad Deum autem dignitatem quæ illucita & immunda sunt: quamquam enim bona sunt, Dei tamen persone non competunt.

Nunquid non tunica mediocris honesta, quam mundæ, Imperatori tamen solidæ & illata sunt, militari & saxonica Senatori? Ac per hoc Angli Dei puriores esse debent, quam ceteri, quia & Christi habent personam & ministros Dei mundos esse querunt. Nemo enim Imperatori minister, nisi regnante claris & mundi induitus: Deus autem quia natus clarissimus est, ministros eius natu' magis, quin vestibus mundos esse oportet. Hoc enim preludium Auтор. Quæ diffulsi: rectili, quia ex ipsi libvi facile possunt omnia argumenta Hereticorum. Rogas quia illa?

Primum (inquit Calvinus super Ieremiæ), quod Dominus liberum reliquerat, nulli ratione hominibus licuit. Deinde nominavit Deum cavisse verbo suo, ne hac libertus sine geretur, clarus est, quam ut longa demonstratione uti necesse sit. Omisso, quod Paulopribus locis Episcopum vult esse uicerem virum. Sed quid potius vehementius dic, quam ubi ex Spiritu sancto denuntiat fore invissimis temporibus homines impios, qui conjugium prohibeant, eosque non modo impotentes nuncupat, sed demones. Hoc igitur cinicum, hoc sacrum oraculum est Spiritus sancti, qui Ecclesiam ab inicio præmunit etenim percutit, doctrinam demoniorum & conjugi prohibitionem.

Verum bellè se elapsos esse putant, quia hanc sententiam detorquent ad Montanum Tatianos, Enratitas, alioisque veteres Hereticos. Illi (inquit) soli matrimonium intermarinunt; nos minime damnamus, sed Ecclesiasticum Ordinem tantum ab eo arcemus, ut putamus non satis convenire. Quasi vestimentis ambi in illis superioribus completem suum loco hoc vaticinium, non in istos etiam contumeliam, aut quasi auditu digna sit pueris illi argutiola, quod prohibere le negant, quicunq; omnibus prohibent. Perinde enim est ac bipinnatus iniquum non esse legem contendat, et ius iniuriant pars dumtaxat civitatis premunt. Haec ille Hæresiarcha, pro suo, & aliorum predecessorum errore.

Sed præstigia sunt, per quas imperitis contur illudere, ut jamjam ostendo; et incipiendo ab ultimo, dico; quod Ecclesia non negat, sed prohibet matrimonium, sed negat se prohibere matrimonium, quia ex se malum fit, prædictabant illi Heretici, teste Epiphanius contra Hæreses to. 1. lib. 2. Hæres 47. ubi de Ecclesiasticis ait: Nuptias palam dubius esse, dementunt.

Et hæresi 48. contra Phrygastas sive Montanistas aut Tascodrugitas ita scribit idem Author: Paulus sanctissimus Apostolus prophetans dixit; Spiritus autem expressè dicit, In extremis diebus instabunt tempora difficultia &c. Et rursus alibi: Discident quidam à lana doctrinā, additi seductoribus & doctrinā dæmonum, prohibentium matrimonium contrahere, jubentium abstinentiē à cibis, quos Deus creavit in usum nostrum cum gratiarum actione. Quare palam ex propositis impletum est hoc ipsum in nobis, & similibus nobis.

Pleraque enim harum seclarum, matrimonium contrahere prohibent, & à cibis abstineri precent: non honesta vita gratiā exhortantes, non majoris virtutis gratia, & premium ac coronarum, sed abominabilia ea, que à Deo facta sunt, putantes.

At vero sancta Ecclesia & virginitatem glorificat, & solitudinem, ac castitatem, & virginitatem laudat, & nuptias pudicas honorat & suscipit: scortationem vero & adulterium ac penitentiam interdicit. Vnde videre est sancte Catholice Ecclesie characterem, & adulteratos aliorum mores; quo probata sequentes ab omni errore & obliqua atque acclivi calle refugianus.

Illi ergo hæretici dammarunt matrimonium, eā damnatione, de qua loquitur Apostolus; minime autem Ecclesia, dum ob reverentiam statutū, prohibet matrimonium Sacerdotibus, & aliis initiatis majoribus Ordinibus.

Bellè autem dixit Calvinus: Omnes, quod Paulus pluribus locis Episcopam vult esse unius uxoris virum; quippe loca ista nihil faciunt ad proposi- tum; siquidem, ut patet ex antedictis, solum Apolotus prohibet, ne ordinentur Episcopi, qui secundam habuerint uxorem, non autem præcipit, ut unam uxorem habeant; prout intellexit illa verba ante Calvinum Wicless de Offic. pastorali cap. 4. dicens: Tales Praetati non considerantes spumas voluptusse libidinis, quomodo offici anima ipsius plus, quam opus, non attendunt ad illud verbum Apostoli 1. ad Timot. 3. Oportet Episcopum esse unius uxoris virum; hoc est dicere: oportet ipsum dum carnalis fuerit, cum una uxore vivere contineat, & non in spirituali, vel corporali luxuria magis prohibitis lastre abscondite contra Christum. Hæc ille.

Respondet autem Waldensis tom. 2. de Sacramentis cap. 129. Quid dicam ad hereticum sic pervertentem Apostolum, nisi quod ut sat erret, sàvens transcendit hereticos? Iovinianus enim erubescit sic dicere. Unde lib. 1. cap. 21. contra Iovinianum Hieronymus: Ipsa, inquit, Episcopalis electio mecum fuit. Non enim dicit: Eligatur Episcopus, qui unam ducat uxorem, & filios faciat; sed, qui unam habuerit uxorem, & filios in omni subditos disciplina. Certe confiteris non posse esse Episcopum, qui in Episcopate filios faciat: aliquin si predelectus fuerit, non quasi vir tenetur, sed quasi adulter damnabletur. Aut permitte sacerdotibus exercere opera impetraria, ut idem sit

virginis: quod maris; aut si Sacerdotibus uxores non licet tangere, in eo sancti sunt, quia imitantur pudicitiam virginalem. Ita Hieronymus.

Et in lib. Annotationum super hoc loco de Diaconibus hæc scribit idem Doctor Ecclesie: Diaconi sint unus uxoris viri, non ut si non haberent, ducant; sed ne duas haberint, si enim dignorem faciat uxor, car non magis ligami, aut trigami ordinentur?

Consimiliter intelligit hunc locum Apostolus & Ambro. in expositione illius Epistola ibi:

Oferendat etiam iſbos unus uxoris viros esse debere, ut ad ministerium Dei elegantur, qui non sunt egressi constitutum Dei. Homini enim unam uxorem decrevit Deus; cum qua Deus benedicatur. Nemo enim cum secunda benedicitur. Qui si filios bene gubernaverit, & domos suas, ad eum, vernaculae aut domesticos, poterunt digni fieri sacerdotio, & fiduciam habere apud Deum, ut sancti se posse impetrare quod postulant, jam de cerebro ab alijs feminae colbentibus.

Et infra: Hæc, inquit, signa sunt dignitatis Episcopalis; si quis autem potius seculatus, & corpus & animam suam Deo dicaverit, ne se copulet matrimonio, tanto dignior fiet. Ideo enim inferiorem posuit, ut de petiori nemo dubitari.

Atque de hac eadem re extant quoque antiqui Apostolorum canones, hæc decimus septimus: si quis post baptismum secundus fuerit nuptiis copulatus, an concubinam habuerit, non posset esse Episcopus, non Presbyter, non Diaconus, aut presbus ex numero eorum, qui ministerio facio discerunt.

Et decimus octavus: Si quis viuam aut repudiatam acceperit, aut meretricem, aut ancillam vel aliquam de his, que publicis spectaculis mancipatur, nullo Ordine facio inicietur.

Sed quid ad hac Calvinus? Hanc, inquit, interpretationem non esse novam concedo; sed falsam esse, ex ipso contextu palam est; quia statim praescribit, quales Episcoporum & Diaconorum uxores esse oporteat. Hæc ille.

Planè describit, ut etiam describunt canonices jam citati, ut Ecclesia sciat, quos viros conjugatos oportere ordinare; non autem ut jam ordinatis tales uxores accipiunt, aut jam habentis post Ordinationem copulentur.

Hinc Leo Papa 1. Epist. 87. apud Binium to. 1. Concil. c. 1. Dicente enim Apollolo, ut inter alias electionis regulas, is Episcopus ordinetur, quem unius uxoris virum fuisse aut esse consticerit, tam sacra semper habita est ista praeccepto, ut etiam de muliere Sacerdos eligendi, eadem intelligeretur servanda conditione, ne forte illa prinsquam in matrimonium ejus veniret, qui aliam non habuisset uxorem, alterita viri excepta esset conjugium.

Hoc testimonium pro se adducit Petrus Martyr, nam loco ly Eligendi, legit, Eligenda hoc modo: Ut etiam de muliere Sacerdos eligenda, ex quo infert, Episcopos posse contrahere matrimonium.

Sed esse manifestum mendum, patet ex Epist. 84. apud Binium supra ejusdem Pontificis, R. 1112 ubi

Verus intellectus ihu Scriptura ex cod. S. P. D. A. 99.

100. Item ex. can. 7. & 8. Apost.

tot. Responsa Calvinii.

Assumptio monitione emendat.

Reficiuntur.

102. Testimo- nium Leo- nis Papa ad confirmationem doctri- nam Ca- tholicam.

quod perpe- ram pro lo- adducit Pet- ro Martyr.

103. ut ostendat R. 1112 dicitur.

97. Calvinus male intell. ex S. Hieronymo. & ante ips. sum. Wicless.

98. ut ostendit Waldensis ex S. Hieronymo.

ex alio tes-
timonio
ejusdem
Ponif.

ubi cap. 3. sic ait: In civitatibus, quarum Rectores
obierint, de substituendis Episcopis hac forma servetur,
ut is, qui ordinatus est, et trans bona vita testimonio
fulciatur, non laicus, non neophytus, nec secunda con-
jugis sit maritus, aut qui unam quidem habeat vel ha-
buerit, sed quam sibi videlicet copulavit. Sacerdotum
enim tam excellens est electio, ut hoc, que in aliis Ec-
clesia membris non vocantur ad culpam (alias vacant
a culpa) in illis tamen habeantur illicita.

Nam (prosequitur cap. 4.) cim. extra Cleri-
corum Ordinem constitutis, nuptiarum societatis & pro-
creatione filiorum studere sit liberum; ad exhibendum
tamen perfecta continentia puritatem, nec Subdiaconis
carnale quidem coniugium conceditur, ut & qui habent,
sint tanquam non habentes, & qui non habent perma-
nent singulares. Quod si in hoc Ordine, qui quartus
& capite est, dignum est custodiri: Quanto magis in
primo aut secundo, tertioq. servandum est, ne aut Levi-
tico ministerio, aut Presbyterali honori, aut Episcopalii
excellentie quisquam idoneus existimat, quia se a vo-
luptate uxoria needam frangere detegitur. Quid ve-
mentius & evidenter dici poterat?

Sed progrediamur ad primum argumentum
Calvini; ex quo manifeste sequitur, nihil posse
principi per legem humanam, quod Deus libe-
rum reliquit, sive quod Deus non praecipit;
hoc autem quam absurdum sit nemo non videt,
qui habet oculos apertos ad videndum.

Fatetur itaque, Deum liberum reliquisse
matrimonium, iuxta illud Apostoli 1. ad Corin-
t. v. 25. & sequent. De virginibus autem praecip-
tum Domini non habeo: consilium autem do: tanquam
misericordiam consecutus a Domino, ut sim fidelis.
Exstimo ergo hoc bonum esse propter instantem ne-
cessitatem, quoniam bonum est homini sic esse. Alliga-
tus es uxori? noli querere solutionem. Solutus es ab
uxore? noli querere uxorem. Si autem acceperis uxo-
rem non peccasti. Et si nupserit virgo non peccavisti. Et
intra v. 28. Igitur & qui matrimonio jungit virginem suam bene facit, & qui non jungit melius facit.

Deus, inquam, liberum reliquit matrimo-
nium, & per consequens tribuit omnino jus
naturali, id est, dedit licentiam seu facultatem
illud contrahendi, sic tamen, ut etiam cui liber
dederit licentiam seu facultatem illud non con-
trahendi; nisi in casu, quo genus humanum
desiceret, id est, quo matrimonium omnino
fore necessarium ad propagationem & conser-
vationem generis humani, ut erat tempore
Adami & Eve, item tempore Noe post dil-
uvium; ut propterea dictum fuerit Adamo &
Eve Gen. 1. v. 28. Itemque Noe & filiis ejus
Gen. 9. v. 1. Crescite & multiplicamini & replete
terram.

Quibus verbis non contineri praceptum
quoad omnes & singulos in particulari, pater
ex ipso Christo, ac purissima Matre ejus, in
numerisque sanctissimis viris ac sceminiis, qui
perpetuam virginitatem servarunt. Vel ergo
solum continetur concessio sive naturae institu-
tio quoad omnes & singulos, ut possint liberos

104.

Deus reli-
quit matr-
rimonium
liberum.

nisi in casu
quo genus
humanum
desiceret.

105.

Quos con-
sernat pri-
zeptum
matrimonii.

procreare, vel praecptum latum ad ipsos pri-
mos parentes, qui idcirco creati erant a Deo;
ut filiorum generatione mundum replerent;
itemque ad Noe & filios ejus, qui ad eundem
finem conservati erant ab aquis diluvii, ut fact
patet ex illis ultimis verbis: Et respire terram.
Quidni etiam intelligi possit praecptum latum
ad omnes, sive ad communem hominum;
non autem ad singulos in particuli, nisi in ef-
fectum aliorum?

Quamvis autem juri naturali, aut divino
praceptivo, nullâ lege humana, etiam Ecclesiastica,
derogari possit, vel saltu per modum
conditionis requirit ad aliquem contractum,
aut aliud actum humanum; v.g. non potest
Ecclesia ab eo, qui valit ordinari, exigere sub
conditione, ut fornicaretur, aut ultro accip-
ret, aut ut conferret Sacra menta in alia materia
vel forma, quam a Christo sunt instituta; geni-
dem juri naturali & divino permisum, & lic-
tulatus aliquid agendi, vel omitendi, non videtur,
quare non possit prudenter derogari, non
solum per jus Ecclesiasticum, sed etiam per ci-
vile, non solum per modum conditionis requi-
rit ad contractum, sed etiam absolute.

Putas; quia jus civile, per se loquendo, non
posset aliquas personas reddere inhabiles ad
contrahendum matrimonium, quae alii per
nature possent validè & licet contrahere? Cu-
moc minùs quam invalidate testamento, & aliis
contractus, celebratos sine certis follementis
bus, qui aliquoquin jure naturali permisivo re-
lerent? Eadem ratione iustis de causa Ecclesiastica
prohibuit abolire, & Republica civilis posse
prohibere, ut certis temporibus non relin-
querit quibusvis cibis, neque quibus horum
tamen jure naturali facultatem habeantur
vis cibos quamvis horum comedendi.

Cur ergo similiter Ecclesia non potest pre-
cipere, ut persona Ecclesiae non contrahendat
matrimonia, neque prius contractus ob-
rentur; & ita derogare facultati & permisio-
ni, quam jure naturali habebant? Praesertim cum
id tantum factum sit sub conditione, videlicet
si quis velut libere Ordinem suscipere, uero
si quam habet, etiam libere contentiente. Non
enim consentaneum erat, ut sine proprio con-
sensu hæc facultas vel contrahendi matrimo-
nium, vel jam contracto utendi tolleretur, ne
majora mala inde orirentur. Valde autem con-
sentaneum fuit, ut id fieret sub tali condicione.

Si namque Apostolus 1. Cor. 7. admonet
hortatur laicos conjugatos interdum ad tem-
pus abstinere, ut purius ac devotius possit
orationi vacare, dicens v. 5. Nolite fraudare
tempus, ut vacuis orationi: quia me magis conve-
niebat sacros ministros, quorum vita diviniti
obligatio mancipata est, semper ab oculo con-
jugii abstinere ex confessio, ut jugiter possit

Non

Sect. 5. De Contin. sacris Ordin. annexn. Contd. 4. 685

2. Reg. 21.

Nonne Abimelech Sacerdos 1. Reg. 21. in Davide & comitibus munditiam à mulieribus, etiam uxoribus, requisivit, dicens v. 4. Si mundi sunt pueri, maximè à mulieribus? ut illis concederet comedendos panes propositionis, etiam in magna necessitate?

109.
de Sacerdos-
tibus alii;
de Levitis
veteris Le-
gis.

Et sanè Sacerdotes veteris Legis, alioq[ue] Levite, quāvis essent conjugati, & generarent filios, eò quod Sacerdos ex stirpe Aaron omnino debet substitui; tamen tempore vicis suæ, id est, illis diebus, quibus, pro certa distributione ministerii, ad singulos spectabat divino cultu inservire, & sacrificia atque oblationes peragere, ab uxoribus abstinebant, & in ædibus templi, remoti ab eorum contubernali habitabant.

Audiamus Bedam in Comment. sup. Luc. libr. 1. cap. 2. ad illa verba: Et factum est, ut impleti sunt dies officii eius, abiit (Zacharias) in domum suam. Hoc est, inquit, quod dixi: quia vicis sua tempore Pontifices, templi tantum officium mancipari, non solum à complexu uxorum: sed ab ipso quoque dormitorium suarum abstinerent ingressu. Vbi nostri temporis Sacerdotibus, quibus semper altari servire subebat, perpetuo servanda castitas exemplum datur. Quia enim tunc Sacerdotalis ex stirpe Aaron successio quarebatur, necessariò tempus substituenda soboli procurabatur. At quia nunc non carnis successio, sed perfectio spiritualis inquiritur, consequenter Sacerdotibus, ut semper altari queant obstare, semper ab uxoribus contendamus, semper castitas observanda præcipitur. Hæc ille.

110.
Item Am-
brosiaster.

Approbat autem Bedam Ambrosiaster in expositione illius loci 1. ad Timor. 3. Diaconi sunt unius uxoris vivi &c. ibi: Veteribus idcirco confessum est Levitis aut Sacerdotibus uxores ad usum habere; quia multum tempus otio vacabant a ministerio aut Sacerdotio. Multitudine enim erat Sacerdotum & magna copia Levitarum, & unusquisque certo tempore serviebat divinis ceremoniis secundum institutionem David. Hic enim 24. classes constitutus Sacerdotum, ut vicibus deservirent. Unde Abia oīlaram classem habuit, cuius vice Zacharias fungebatur Sacerdotio: sicut continetur in Paralipomenon: ita ut tempus, quo non contingebat deservire altari, dormiorum suarum agerent curam. At ubi tempus immunebat ministerii, purificari aliquantus debuit, accedebant ad templum offerre Deo. Nunc autem septem Diaconos esse oportet, aliquantos Presbyteros, ut binis sint per Ecclesiast. & unus in civitate Episcopus. Ac per hoc omnes à conventu famina ablinere debent: quia necessitate est eos quotidie praesto esse in Ecclesia: nec habere dilatationem, ut post convenientem legitimè parifcentur. Omnis enim hebdomadæ offerendum est: etiam si non quotidie peregrini; Iherolim tamen vel bis in hebdomada; et si non defit: quia serè quotidie baptizantur agric. Nam veteribus ideo concessum est: quia multo tempore in templo non videbantur, sed erant privati. Si enim plebeis hominibus orationis causa ad tempus abstinerre se precipit, ut vacent ratione, quāvis magis Levites aut Sacerdotibus, quos die noctuq[ue] pro plebe sibi commissa oportet orare? Mundiotes ergo debent esse ceteri,

quia actores Dei sunt. Hucusque præfatus Auctor.

Et forte hæc fuit ratio, quare Græcis præ Latinis sit relaxata lex continentiaz; quoniam latini Sacerdotes & ministri multò frequentius ad altare afflunt & Sacrificium offerunt, cùm alioqui apud Græcos longè rarius, & non nisi una milia in singulis oppidis in diebus ordinariis celebretur, ut communiter refertur. Et quoniam eorum Episcopi dicuntur convenire frequentius tam ad celebrandæ mysteria, quam ad Baptizandum Gentes, ideo fortassis & ipsis manet prohibitus ulus conjugii antea contracti, ut super alii vidimus.

Itaque si Sacerdotibus veteris legis justè præcepta fuit continentia ab uxoribus tempore vicis sue, quāvis magis præcipi potuit perpetua continentia Sacerdotibus & ministris altaris in lege Evangelica, qui proximè, non ad Sacrificia veteris legis, que tantum erant umbra & figura; sed ad ipsum Sacrosanctum Eucharistia & Sacrificium & Sacramentum consecrati sunt, & quasi quotidie ei interviunt? Placè conveniens erat, ut quotidie non solum mentes, sed & manus puras pro contrebendo purissimo mysterio conservarent.

Hoc argumentum sensit Calvinus suprà, & 112. ideo conatur ei illudere dicens: Quasi vero ea- Rep. Cal- dem sit Evangelici ministerii persona, quæ fuit vii ad hoc argumen- Sacerdotii Levitici. Illi enim tamquam aviri- tum. Christum representabant, qui mediator Dei & hominum, & absolutissimè suâ puritate reconciliatus Patriæ nobis erat. Quidam vero omni ex parte exhibere peccatores typum sanctitatis ejus non possent, quibuldam tamen linamentis ut adumbrarent, iussi sunt ultra humanum modum se purificare, dum ad Sanctuarium accederent; quia tunc feliciter propriè Christum figurabant, qui veluti pacificatores ad reconciliandum Deo populum apparebant ad Tabernaculum cœlestis tribunalis simulacrum. Hanc personam, quia hodie non sustinent Ecclesiastici Pastores, frustra cum illis compantur.

Quare Apostolus Hebr. 13. v. 4. citra exceptionem fecerūt pronunciat, honorabile esse inter omnes conjugium; scilicet autem & adulteros manere Dei judicium. Et ipsi Apostoli suo exemplo comprobant, nullius quamlibet excellentis functionis sanctitatem indignum esse conjugium. Nam eos non tantum uxores retinuisse, sed secum etiam circumduxisse testis est Paulus. Hæc ille.

Sed splendide mentitur; si intelligat Apostolos habuisse uxores, & eas circumduxisse Rejicitur, ad usum conjugalem, ut patet ex supra dictis. Ignitus Ecclesia non judicat, conjugium indignum esse functionibus sacris, alioquin nunquam ordinaret conjugatos, quod constat esse fallum; sed usum conjugalem; unde conjugibus, quos ordinat, illum usum prohibet; & quia matrimonium ex se ad illum usum ordinatur, ideo Rrrr 3 pro-

prohibet, post Ordinationem matrimonium contrahere.

*Explicatur
locus Apost.
ad Heb. 13.
Honorable
etc.*

Nihilominus verissimè dixit Apostolus : *Honorable conubium in omnibus & thorus immaculatus*; id est, in omnibus, qui legitimum conubium contraxerunt. Alioquin dicamus etiam inter patrem & filiam, matrem & filium, fratrem & sororem &c. conubium esse honorabile & thorus immaculatum; quod nec ipse Calvinus, aut ejus sequaces audenter asserere.

Ergo licet Apostolus expresse nullam exceptionem faciat, euidem aliqua subintelligenda est; nulla quippe, ut communiter dicitur, regula tam generalis, quin patiatur aliquam exceptionem. Cur ergo haec regula nequeat pati exceptionem in viris Ecclesiasticis, ut quamvis in eis conjugium prius contractum sit honorabile; minimè tamen thorus seu usus conjugalis post Ordinationem immaculatus?

*114.
Impudentia
ter Calvinis
majorem re-
quirit puri-
tatem in
Sacerdoti-
bus veteris
Legis, quam
in Sacerdo-
tibus Chris-
tii.
Cor. Flor.
Ad Heb. 5.*

Ex vero, quid impudentius, quam majorem puritatem require in Sacerdotibus veteris legis, qui erant solum figura Christi, quam in Sacerdotibus Christi, qui sunt Vicarii, ut super dicebat August. vel quisquis est Auctor; immo in persona Christi conficiunt Sacramentum Eucharistie, ut loquitur Concilium Florent, in Decreto Eugenii? Sacerdos (inquit Eug.) in persona Christi loquens hoc conficit Sacramentum.

*115.
Mendacium
Salvini,
& eius ca-
lumnia,
2. Tim. 3.
Ad Tit. 1.*

Herclè scriptum reliquit Apostolus ad Hebreos v. 1. & sequent. Omnis namque Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constitutus in his, que sunt ad Deum, ut offerat dona & sacrificia pro peccatis: qui condolere positis, qui ignorant & errant, quoniam & ipse circumdatus est insinuate, & propriea debet quemadmodum pro populo, ita etiam & pro semetipso offerre pro peccatis. Putas autem; quia Apostolus hic loquitur de Pontificibus seu Sacerdotibus veteris legis tantum, & non etiam de Sacerdotibus novi Testamenti?

Audi quid loquatur Spiritus sanctus versi 5. Sic & Christus non semetipsum clavisavit, ut Pontifex fieret. &c. Ergo de Pontificibus loquitur etiam novi Testamenti, quos asserit pacificatores ad reconciliandum Deo populum; ac proinde Calvinus rursus mentitur, dum ait: *Hanc personam, scilicet pacificatoris ad reconciliandum Deo populum, hodie non sufficiunt Ecclesiastici Pa-
catores.*

Nec minus calumniantur, dum proloquitur: *Nominatim Deum cavisse verbo suo, ne hac libertas (matrimonii) infringetur; clarus est, quam ut longa demonstratione uti necesse sit. Quod enim istud verbum? Aliud certè assignari non potest, nec aliud in margine apud Calvinum loco citato adducitur, quam 1. Tim. 3. v. 2. Oportet ergo Episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris virum. Et ad Titum. 1. v. 6. Si quis finè criminis est, unius uxoris vir. Ad qua loca sufficienter jam responsum arbitror, & digito quasi monstratum, nihil omnino officere praecepto Ecclesiastico perpetuæ continentie, non pro omnibus,*

sed pro his solis, qui liberè volunt iniciari majoribus Ordinibus.

Sicuti nec in minimo officit, quod sit Apostolus 1. Cor. 7. v. 2. Propter fornicationem autem unusquisque suam uxorem habet, & unage que jam virum habet. Quibus verbis nihil aliud volunt significare, quam expedite ultimū conjugio inter conjugatos ad evitandam fornicationem, aut potius adulterium cum aliis personis. Ex ideo subdit. v. 3. *Vxori vir debitus reddat, mulier autem & uxor vivo. Alioquin si praeceptum est unicuique ad evitandam fornicationem accipere uxorem, quomodo recte dicit v. 1. Num est omnis mulier non tangere?*

Ex quo datur intelligi, quid velit significare istis verbis v. 9. *Quod si non se continent, natus melius enim est nubere, quam uiri. Procul dubio melius est non peccare, quam pecare, & id est, melius est nubere, quando nuptia hinc & nescientia sunt, quam uiri, id est, flamma libidinis incendi & superari, quod peccatum est; ergo docet ibi Apostolus, omnes possunt nubere, qui non se continent, negatur Concupiscentia, quia fieri potest, ut aliunde nuptia eius sit resistita sive iure naturæ, sive iure Ecclesiastico; & tunc non est melius nubere, immo aliquando pejus; quia & nubendo, & utendo nuptias peccatur.*

Atque ut aliquando minus peccatum fuit nubere, quam uiri; nihilominus illicitum est nuptias eligere tamquam minus malum, cum illud commune axiom: *Ex dubia malum non est eligendum, non habeat locum, nisi quando alterum malum est necessarium; immo nulla est necessitas incontinentie, cum possit homo, si velit, adjutus gratia divina, vivere; ut docet Trident. sess. 24. can. 3. quis dixerit, Clericos in sacris Ordinibus tenet, vel Regulares casitatem solemniter proficiat, matrimonium contrahere, contrahendum, valde non obstante lege Ecclesiastica vel roto, & quod nil aliud esse, quam damnata matrimonium. Non omnes contrahere matrimonium, qui non fecerunt casitatis, etiamsi eam uocent, habent dominio thema sit: cum Deus id recte peccatum non temere patiatur nos supra id, quod possumus temere. D. August. Enarr. in Psal. 40. Ne dicatis, non possum tenere, & portare & franare carnem meam adiuvaris ut posis.*

Alioquin si licet est cuilibet nubere, non vult continere; quomodo verum est, quod dicit idem Apostolus 1. Timot. 5. v. 11. & adolescentes autem viduas derita. Cum enim inter viduas fuerint in Christo, nubere volunt: habent damnationem, quia primam fidem irritam ferunt. Cur damnat eas Apostolus, si melius sit continere nubere, quam uiri?

Igitur ex isto loco Apostoli 1. Corin. 7. nequaquam, vel obfusca latet, probatur, Deum nominatum cavisse verbo suo, ne libertas matrimonii infringetur. Immo ex tonili capi-

capite manifestissime patet, continentiam meliorem & præfendantem esse nuptiis. Neque tam difficile aut raram cum gratia Dei, quām aliqui bene apprehendant: nam omnes ad eam invitat Apostolus dicens v. 7. & 8. Volo omnes vos esse sicut meipsum (scilicet continentis) sed unusquisque proprium donum habet ex Deo, alius quidem sic, alius verò sic. Dico autem non nuptiis & viduis, bonum est illis, si sic permaneant, sicut & ego. Nempe intelligebat plurimos esse, qui dominum continentia sine periculo amplecti possent & cùm innocui essent, ita in perpetuum perseverare, ut illis multò melius futurum esset, quām si nubent.

119. Reg. Eccl. nullum voluntate admittit ad Ordinem sacram sine obligatione continetur.

Cum itaque ad Ordines Ecclesiasticos eligeantur, quorum probata vita senectus sit (ut loquitur Trident. sess. 23. de Refor. c. 12.) recte Ecclesia nullum voluit ad eos admittere, sīne obligatione perpetua continentia; sicut nullum admittit ad solemnem professionem aliquius Religionis, à Sede Apostolica approbatæ, absque simili obligatione; estò probe noverit difficultatem hujusmodi obligationis, ad quam superdam abundant divina præsidia & salutaria remedia; quibus Clerici & Monachi possunt & solent rigidè servare continentiam cum debita reverentia sacri ministerii & bono aliorum exemplo. Quæ autem particulæ transgressiones hic & nunc pro humana fragilitate continentur, non debebant tantum bonum & publicum bonum impedit.

Nec deterreant quempiam oblatrations Hereticorum, pleraque pro sua petularia exaggerantium & contingentium, inter cetera contigisse tempore Gregorii primi, ut pro piscibus, quos ex sua piscina capi jusserat, pescatores sex millia capita infantium suffocatorum extraxerint; quod, inquit, cum intellexisset Pontifex, ex occultis fornicationibus Sacerdotum ortum habuisse, revocavit decretum castitatis, & peccatum suum, quod talem legem tulisset, lacrymis & fructibus dignis penitentie purgavit.

120. Ostendit fidelis alicuius Historia, quam adducunt contra Catholicos Centuriatores Madeburgenses.

Ita Centuriatores Madeburgenses Centur. 9. cap. 10. ex Epist. Uldalrici Episcopi Augustani (qui afflumput fuit ad Episcopatum anno 924. vel, ut Alii, a. 903.) ad Nicol. i. qui obiit anno 867. Ex quo satis patet confitio illius historiae, ut & ex aliis, quæ prosequitur Bellar. lib. 1. de Clericis cap. 22. neque opus est hoc loco referre, cùm res illa ita prodigijs videatur, ut nullo modo sit credibilis.

Similes, dico, historia nequam nos deterreri debent, sed inducere potius & admonere, ad cautè servandum, quod sponte assumptum est; Ut quis, quæ es aduersa es! (Apostolum auditum ad Tit. 2. v. 8.) vereatur, nini habens malum dicere de nobis. Et, Vt benefacientes (ut verbis D. Petri 1. Epist. c. 2. v. 15.) obmutescere faciat impudentium hominum ignorantiam. Ne propter scandalum eorum, qui diuinis obsequiis

mancipiati sunt, blasphemetur inter impios non men Domini.

Relictis itaque Hæreticis, tamquam impostoribus & inimicis continentia, quam Christus Dominus noster ac magister verbo atque exemplo docuit, revertamur ad Catholicos, qui omnes uno ore laudant & prædicant continentiam tam Clericorum, quām Religiosorum; quānquam inter se disputent, utrum haec continentia annexa sit Ordinibus immediate ex præcepto Ecclesie, an verò mediante voto ordinatum. Pro resolutione erit

CONCLVSIO V.

Continentia est annexa Sacris Ordinibus immediate ex præcepto Ecclesie; non autem ex voto, nisi in casu particulari.

Suppono, obligationem continentiae duobus modis posuisse esse annexam Ordinibus Sacris; primo modo immediate per præceptum; tuit obligatio quemadmodum annexa est obligatio recitandi horas Canonicas. Secundo modo immediate ex voto (quemadmodum annexatur professioni Ordinibus solemnis Religionis) mediante autem ex præcepto Ecclesie, præcipiens tale votum explicitum, aut saltu implicitum seu tacitum.

Est autem differentia inter illos modos, non solum speculativa, sed etiam practica; quippe honestas illius præcepti est specie distincta, ab honestate illius voti; & per consequens, transgressio illius præcepti, est peccatum specie distinctum, à transgressione illius voti. Diversa quoque est ratio dispensandi in illo præcepto, & dispensandi in illo voto. Nam secundum communem sententiam non valet dispensatio in voto sine justa causa; cùm tamen multi doceant, eam valere in proprio præcepto. Hoc supposito

121. Conclusionem nostram insinuat Doct. Subtilis 4. dist. 37. q. 1. n. 2. ubi querit rationem, cur Ordo facere dirimatur matrimonium contrahendum, & respondetis, ait: Videntur aliquibus, quid propter voto annexum sacro Ordini sed contra: Aut voto istud est sic amexit, quod suscipiens votet: aut est tantum ex præcepto Ecclesie quasi annexum, quia tenetur ita servare, ac si votaret. Primum non; quia nullus votens, votet nullum; sed iste suscipiens Ordinem sacram, explicitè habet in voluntate non continuere; igitur possibile est, quod ipse non votet continentia.

Si dicas; quod votet in facto, quod facit in suscipiendo Ordinem sacram, quia antiqui Patres Latinizaverunt, & iste suscipit simile signum. Contrà: nullus tenetur ex voto ab voto factum ab alio, maxime si habet votum contrarium. Præterea Orientales suscipiunt idem signum, & tamen sine voluntate confirmant. Ita Scotorum.

Ae